

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri

Baptista <Mantuanus>

Argentinae, 28. 8. 1501

VD16 -S7317

Argumentum Poetæ

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-321582)

randiam: doctis nauseam parturiuit. Non igitur Catharina
uniuersorū ruina sicut ille fabulatus est interpretatur: sed vñ a ca-
tharos quod ē purus: vel a catharizo purificō: vel a catareoide
fluo vel a cata & ryax qđ ē riuus vox illa deflectitur. legimus
n. apud Pli. Hipponē Aphricę opidū: cuius Epātū tēuit Aug. a
Gręcis Catharitum appellari qđ riuus & aquis esset irrigua.

Quoduis horum dixeris recte dixeris. Vera enim semper
cum agnoscuntur in omnibus amplectenda: ac in huiusmodi
nominibus: cum veritas later: ad verisimilia quę lingue alicu-
ius piciam sapiant ab interprete confugiendū est: cauendumq;
ne istius exemplo: velut egrī somnia vanę fingantur species: ut
nec pes nec caput unī reddatur formę. Sed iam satis de hoc sup-
q; dictum. Et ut totam Parthenicē priusq; perlegas uno sum-
matim legas intuitu breue subiiciatur argumentum.

Argumentum Poetę.

Catharina virgo Aegyptia: Alexandria nata: Costo patre:
qui fuit ex Lagidarum familia: sub Maximino orientis prefe-
cto vel sub Maxencio Maximiani filio passa. nā de auctore pas-
sionis ambigitur. sed omnia fere exemplaria quę leguntur in ec-
clesijs Maxencium habent. superatis & ad fidem conuersis qu-
quaginta disertissimis Oratoribus: causam Christi tutata est:
diu squallore carceris afflicta: longa inedia macerata: durissi-
me cesa: tandem post uxoris regię & Porphyrij ducētorūq; mi-
litum conuersionem: contractis rotarum machinis: decollata
lac fudit pro sanguine. corpus eius in Sinam montem Arabię
deportatur ab angelis.